



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Catharina Sueca V. 22. Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

ducere se amabat, attentioribus oculis arbitratus, vidi t à Stygii coloris nano vestis orā prehensum e templo trahi. Castigavit virgis vagum , & ecce parvulus etiam ille è Styge Maurus tergum , ne virgis daret, fugæ dedit. At BENEDICTVS castra sanctissima in monte Cassinate locavit: illîc everso Apollinis fano, postquam veriora cùm aliis multis, tum Totilæ imprimis oracula dedisset, fama, & discipulis orbem implesset, sibi etiam denique vates sepulchrum parari jussit, & inter suorum manus, ut Ducem decebat, stans oppetiit. Mox duo Magistrū capere viderunt in cælos viam, amplam illam & veste pulcherrimâ stratam, multisque lumibus coruscam. Eam tunc nescio quis Cælitum viam Benedicti ; D. Bernardus illius leges dixit; ut jam mirum non sit, si eandem tot Pontifices & Reges calcarunt. Nam viam ad cælum expeditam & jucundam quærebant, vel mundo Doctor. Ex S. Greg. M.

Illud Sathanæ opus est, ut cogitationes orantis in infinita jaculetur, nec sinat hominē in ea persistere postulatione, quam impetrare contendit. Novit quippe, quod si perseveret deprecans, exaudiet eum, qui fecit illum, et si innumerabilia peccata admiserit. S. Ephrem in Pan.

S. CATHARINA SUECA V. 22. Martii.

Infans CATHARINA respuit impurarum nutrimentum ubera, castarum ambiit, Veneris jam in cunis hostis. Puella pupas tractavit; sed cùm pupas induit dæmones verberarent dormientem, etiam has sibi Venerem jussit habere. Viro nupta dotem virginitatem attulit, & arrham virginitatem vicissim ab ipso accepit; quæ ut tuta in thalamo etiam dormiret, humili hunc stravit, vilibusque

pannai-

. Mart.
tratus,
nsum
& ecce
n, ne
castra
everso
s mul-
famā,
enique
m ma-
x duo
nplam
ue lu-
Cæli-
leges
ontifi-
m ex-
o Do-
in in-
postu-
quòd si
n, eis
Pan.
artii.
nutri-
n cu-
oupas
etiam
otem
n vi-
amo
sque
nni-

23. Mart. VITÆ SANCTORVM. 157
panniculis, licet è principe familiâ esset, involvit.
Quæ virtus ita cæli Reginam cepit, ut vultu blandissimo CATHARINAM intueri sit visa, at torvis oculis socrum, quod vestium luxum hæc amaret. Interim certonibus CATHARINÆ Deus purpuræ splendorem non semel addidit. Romæ cum ageret, pudicitiae custodem B. Sebastianum sibi legit, opemque saepius ejus præsentem sensit. Gravius nihil aggressa est vel facere ipsa vel alteri suadere, quam VIRGINEM Angeli verbis salutasset. Castigavit tamen MATER MAGNA clientē suam, cum præter Brigittæ matris & virorum Religiosorum voluntatem, patriam cogitaret. Visa est enim sibi CATHARINA inter mundi laborantis incendia frustra opem à VIRGINE rogare, ni Majorum voluntati pareret, & patriam cælo posthaberer. Mortua est pridie VIRGINIS ANNVTIATÆ, cum plures annos quotidie animum confessione expiasset. Funus Ericus Rex suis humeris extulit. Cælum stellam legavit, quæ funus comitaretur. Miraris nobiles funeris curatores? Nobiliores anima habuit, Angelos. Ex Surio.

Vitam tuam quotidianâ discussione examina; attende diligenter, quantum proficias, vel quantum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quam similis sis Deo, vel quam dissimilis, quam propè vel quam longè, non locorum intervallis, sed morum affectibus. S.Bern.l.Med.c.5.

S. O T H O C O N F. 23. Martii.

R Omæ natus OTHO Palladi primam ætatem devovit. A Pallade deinde ad Martem transiit, utroque propitio. Nam & literis excultus, & armis præstans Lothario Imp. cum hic Innocen-